



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio*n*is octauæ pars secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

3 IN CONTRARIV M et quod dicitur Malac. 3.
Ego enim dominus, & non mutor. Et laco, r. apud quem
non est transmutatio De creatura autem simul dicitur, &
creatore in Psal. mutabis, & mutabuntur: tu autem idem
ipse es, &c.

4 R E S P O N S I O : aliquid potest dici mutabile per
potentiam que est in altero tantum, & aliquid per potentiam
que est in ipso. Et utroq; modo omnis creatura mutabilis
est, deus autem immutabilis. Primum patet. Et primo quod
omnis creatura sit mutabilis per potentiam que est in alte-
ro, & hoc sic. Omne quod secundum se totum dependet ex
alterius virtute & operatione mutabile est secundum se to-
tum per subtractionem influentia illius, quia omne quod de-
pendet ab aliquo quantum dependet sive quod est in esse,
sive quod ad esse, sive quod ad partem tantum est mutabile
per subtractionem influentia illius, sed omnis creatura de-
pendet secundum se rotâ à Deo: ergo omnis creatura secun-
dum totum quod in ea est, est mutabilis per subtractionem
influentia diuinæ. Item pars virtutis esse videtur produc-
tere rem in esse & facere eam non esse, in modo in multis vide-
mus secundum esse facilius quam primum, sed creatura à Deo
potuit fieri ex nihilo: ergo potest à Deo reduci in nihil,
utraq; autem potentia, scilicet ut creatura producatur ex
nihilo vel reducatur in nihil, est Dei & non creaturae, nisi
vocetur potentia non prohibito, nihil enim positivum ex
parte creaturæ subiectum creationi, nihil etiam est in crea-
tura producta, quod sit in potentia subiectum ad annihila-
tionem, sed sicut creatura dicitur posse creari, quia potest
esse terminus ad quem potentia diuina creantis, sicut dia-
citur annihilaris posse, quia potest esse terminus à quo po-
tentia diuina influentiam suam subtrahens. Patet ergo
quod omnis creatura est mutabilis per potentiam que est
in altero, sed absque dubio hæc non est propriæ mutationis,
quia de ratione mutationis propriæ dictæ est q; aliquid
vnum & idem se habeat nunc aliter quam prius. Cum ergo
in creatione & annihilatione nihil vnum & idem se
habeat nunc aliter quam prius (quia quod incepit esse per
creationem non fuit prius nec sic nec aliter, quia omnino
non fuit) Similiter quod definit esse per annihilationem,
prius quidem habet esse, sed postea non est nec sic nec aliter,
nec secundum se nec secundum aliquid sui, quia peni-
tus non est: ergo non est ibi propriæ mutationis.

5 Si autem aliquid dicatur mutabile per potentiam que
est in ipso, adhuc omnis creatura est aliquo modo mutabi-
lis vel secundum formam, sicut in omnibus generabilibus
& corruptibilibus in quibus nihil est quod non pertineat
ad mutationem, vel ut subiectum vel ut terminus, primo
vel secundario vel secundum locum (sicut in omnibus
creaturis spiritualibus: & causa est, quia omnis motus &
mutationis est propter non habitum, possibile tamen habe-
ri. Sunt enim motus & mutationis aliqui imperfecti, quod
ergo non est simpliciter perfectum potest mutari aliquo
modo mutationis, sed nulla creatura est omnino & sim-
pliciter perfecta: ergo omnis creatura potest aliquo mo-
do mutari.

6 Secundum patet, scilicet quod Deus nullo modo sit
mutabilis & quidem quod non sit mutabilis secundum po-
tentiam que est in altero per creationem & annihilationem.
Patet quia omne quod est sic mutabile causam habet à
qua secundum se totum dependet, ut dictum fuit. sed Deus
causam non habet, sed est omnium prima causa: ergo &c.

7 Quod etiam non sit mutabilis secundo modo, scilicet
per potentiam que est in ipso, patet quia quod est omni-
quaque perfectum, est omnino immutabile, sed Deus est omni-
quaque perfectus: ergo est omnino immutabilis, maior
patet & ex eo quod motus & mutationis sunt actus rei im-
perfecti (ut dictum est) & per inductionem, quod enim
mutatur secundum locum pertinet, secundum se vel ali-
quid sui, ad aliquid quod prius pertingere non poterat, est
etiam quantum & limitatum (quia quantum infinitum mo-
tus non potest) & hæc omnia sonant imperfectionem, quod
etiam mutatur secundum formam substantialē vel acciden-
talem est subiectum aliquius formæ sibi inherens, vel est
forma inherens, utrique enim attribuitur mutatio, vni
tanquam termino alii tanquam subiecto utrumq; autem
semper importat imperfectionem, subiectum quidem, quia

Sancto Porciano

est in potentia passua ad formam, forma autem, quia est
alii inherens, & quantum ad suum perfectum esse ab alio
dependens: quare, &c.

8 De mutatione autem secundum electionem quod in-
cludat imperfectionem patet, quia mutatione secundum elec-
tionem prouenit ex mutatione cognitionis (manente
enim iudicio rationis eodem, simpliciter in velle & in par-
ticulari de aliquo eligendo, impossibile est electionē mu-
tatio autem cognitionis non est nisi aliquius im-
perfectione cognoscens qui non nouit à principio & simul
omne eligible & omnes circumstantias eius: quare, &c.
Patet ergo quod omne illud quod est omnianque perfe-
ctum, nullo modo est mutabile, minor autem ab omnibus
supponitur, scilicet quod Deus sit simpliciter & omnianque
perfectus, ergo nullo modo est mutabilis.

9 A D P R I M V M argumentum dicendum est, quod
exitus de ocio in actum & nouitas operati nunquam ar-
guit mutationem in operante, nisi sit nouitas secundum
operationem intra manente. Illa enim non potest de
novo aduenire sine qualicunque mutatione. Alia autem
possunt. Si enim sol semper staret in hemisphero nostro
in eodem situ & luna suo moto quandoq; interponetur
inter nos & solem, sol quandoq; non illuminaret nos, &
quandoq; illuminaret nos, & quandoq; illuminaret de
novo nulla facta mutatione in ipso. Si etiam sol esset co-
gnoscens & volens & illuminare esset in potestate sua vo-
luntatis, tunc sol antiqua voluntate & æternâ si aeternam
haberet, posset velle & per consequens facere nouam illu-
minationem abque quacunq; mutatione sui, nec quo ad
velle quod potest esse antiquum & aeternum respectu vo-
lenti de novo producendi, nec quo ad illuminare, quia no-
num illuminare non ponit mutationem in illuminante,
ut dictum est. Cum ergo Deus agat per voluntatem cui
subest quicquid voluerit posse, patet quod sine sui muta-
tione potest noua producere.

10 Ad secundum dicendum quod mutatione semper est in
oppositum sed non secundum omnem conditionem eius
quod mutatur. Alioquin nihil symbolicum esset inter id
quod mutatur & illud in quod mutatur, quod falsum est,
quia sic non potest mutari aet in ignem cum utraq; sit ca-
lidus, nec mutabile in aliquid mutabile cum conuenient
immutabilitate, quod est absurdum: sufficit ergo opposito
secundum ea que sunt per se & speciales termini mutabi-
lis, ut album, nigrum, calidum, frigidum: secundum con-
ditionem autem subiecti ut est mutabile, vel secundum
generales conditions terminorum non oportet nec est
possibile esse oppositum. Si enim terminus à quo est qua-
litas, non oportet quod terminus ad quæ sit non qualitas:
in modo necessario ei qualitas: est autem mutabilis est con-
ditio subiecti. Et si aliquo modo conueniat termino con-
uenit ut generalis conditio secundum quam non est pos-
sibile attendere oppositum.

Secunda pars distinctionis octaua, senten-
tia in generali & speciali secunda pars
ris octaua distinctionis.

E Adem que sola proprietas. Superius determinauit
Magister de diuina immutabilitate. Hic determinat
de diuina simplicitate. Et dividitur in duas partes. Primo
enim proponit quid intendit. Secundo probatur intentum.
Secunda ibi, ut autem scias. Et hec secunda dividitur
in duas. Primo ostendit multiplicitudinem. Secundo diu-
nam simplicitatem. Secunda ibi, Deus vero, &c. Prima ista
diuinitatem dividitur in duas. Primo excludit simplicitatem à
creatura corporali. Secundo à creature spirituali. Secun-
da ibi, Creatura spiritualis. Et cum hoc sequatur illa pars
in qua ostendit diuinitatem simplicitatem, que dividitur in
duas partes. Primo ostendit diuinitatem simplicitatem. Se-
condo excludit omnia ab eo cōposita. Secunda ibi, quod
autem in natura diuinitatis. Hæc autem dividitur in tres.
Primo separat à Deo accidentium prædicationem, per
quod haberet quod nō est in ipso compositio accidentis
& subiecti. Secundo excludit quod nec substantia de ipso
propriæ prædicatur. Tertio ostendit quod in eo nulla est
compositio. Secunda ibi, unde non propriæ dicitur. Ter-
tia ibi, huius autem essentia multiplicitas. Hæc est diuinitas
&

Lib. I. Distinctio VIII.

& sententia in generali.

² In speciali vero sic procedit Magister & proponit. Primum quod essentia Dei simplex est, quia in Deo nulla est diuersitas esse accidentium sive formarum. Postea ostendit creatura corporalis multipliciter. Et dicit quod in creatura corporali est virtus diuersitas, secundum partium & accidentium sive formarum. Et ostendit postea quod creatura spiritus est multiplex, sicut enim in ea non sunt diuersitas partium sicut in corporalibus, quantum ad hoc similiatur, unde anima est tota in toto & tota in qualibet parte corporis, est tamen in ea diuersitas accidentium, sicut determinat per exempla. Postea ostendit diuinam simplicitatem. Et dicit quod Deus est summe simplex, nec obstat huic simpliciteri pluralitas nominum quae deo dicuntur, quia omnia unum significant, ab eadem enim natura & simplici habet Deus quod sub multiplicibus nominibus ei attribuantur. Postea ostendit quod in Deo non sunt alia accidentia distrahendo per singula praedamenta accidentis. Postea dicit quod substantia dicitur deo inopinata, quia Deus nulli accidentiis substat, & sic pater quod Deus propter suam simplicitatem in nullo genere. Postea dicit Deum summe & omnino simplicem & ab eo omnem compositionem remoueri, quod ex hoc ostendit quod Deus est quicquid habet. Addit etiam vltius quod hac simplicitas pluralitatem personarum non excludit cum dicitur Deus est quicquid hic intelligendus est, excepto eo quod relative dicitur, & in hoc terminata sententia in speciali, &c.

QVÆSTIO PRIMA QVÆ

est quarta.
Vtrum Deus sit omnino simplex.
Thom. i. p. q. 3. art. 7. q. 8.

CIRCA istam partem distinctionis queritur de duobus in generali. Primum est de simplicitate Dei. Secundum est de simplicitate creature. Circa primum queritur utrum Deus sit omnino simplex. Et arguitur quod, quia omne quod melius est, est Deo attribuendum, sed apud nos composita sunt meliora simplicibus. (Compositum enim melius est quam materia sola aut sola forma) ergo compositio est Deo attribuenda.

² Item in quoquecumque est pluralitas realis illud est reale compositum, sed in Deo est realis pluralitas relationum realium: Ergo in ipso est realis compositio.

³ IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 4. de Trin. quod Deus vere simplex est & summe.

⁴ RESPONSI: circa questionem dicenda sunt duo. Primum est, quod Deus non est compositus in se. Secundum est, quod non est alteri compotibilis nec aliud sibi. Primum pater duplificer. Primum ex primitate Dei (supposito quod declaratum est prius, scilicet quod Deus est primum in entibus) & hoc sic, primum ens est primum unum, sed Deus est primum ens ergo est primum unum, sed unum compositione non potest esse primum unum, ergo Deus non est unus compositione, sed simpliciter. Quod autem primum unum non sit unum compositione pater, quia sicut se habet entitas ad entitatem, sic se habet unitas ad unitatem, sed entitas compositi supponit entitatem partium: ergo unitas eius supponit unitatem cuiuslibet partis.

⁵ Secundum pater idem ex eius causalitate (supposito quod Deus causam non habet) sic, omne compositum habet causam, sed Deus causal non habet, sed est omnium prima causa, ergo Deus non est aliquid compositum, minor supponitur, sed maior probatur quia duplex est compositio: una est ex materia & forma, quia substantia de qua nunc loquimur (cum deo querimus) non componitur nisi ex materia & forma: alia est compositio ex subiecto & accidente, de qua dicetur in secundo articulo. Quod autem compositum ex materia & forma causal habeat, pater, habet enim duas causas intrinsecas, scilicet materiam & formam ex quibus componitur, habet etiam causal efficientem, quia unum materie cum forma fit per agens quod introducit formam in materię: unde Philos. 3. metaphysic. cum quereret quare ex materia & forma fit unum, dicit quod non est aliqua causa nisi unum principium motus quod est causa agens. Item patet per rationem idem sic:

& QUÆSTIO II.

37

Omnis illud quod de se non est necesse esse, habet causam efficiētem, sed nullum compositum ex materia & forma est de se necesse esse: ergo omne tale habet causam efficiētem, maior patet, quia quod de se non est necesse esse, potest non esse quantum est de se, immo etiam quantum est de se non est. Omne autem tale indiget aliquo reducente ipsum de non esse ad esse, & illud est solum agens: quare, &c. minor probatur, quia non est maior necessitas compositi quod partium ex quibus componitur, immo minor: quero ergo de forma quod est pars itius compositi utrum possit esse fine materia vel non. Si potest esse fine materia compositum potest non esse, quia compositum non est, nisi forma existente in materia. Si autem forma non potest esse nisi in materia, ergo de se ipsa non est necesse esse, quia non est de se necesse esse, potest esse excluso quicunque alio. Si autem ipsa non est de se necesse esse, nec compositum. Idem potest probari ex parte materis: & sic patet minor sequitur ergo conclusio.

⁶ SECUNDVM principale: pater, scilicet quod Deus non est alij componibilis, nec aliquid sibi: Cum enim Deus sit substantia actus, si est alteri componibilis, vel aliud sibi talis compositio est subiecti & accidentis: sed probo quod hoc non sit possibile, quia omne accidentis habet causam efficientem cum de se non sit necesse esse, eo quod non potest sine alio esse: ergo accidentis quod est in Deo aut est tantum effectus ab eo vel ab alio, non ab alio: quia tale accidentis oportet quod dicat perfectionem simpliciter, alias non est in deo, sed Deus cum sit perfectissimus & primum perfectum, habet ex se quicquid perfectionis est & non ab alio: ergo tale accidentis non est effectus in Deo ab alio, nec ab ipso, quia idem simplex, & secundum idem, & respectu eiusdem non potest esse in actu, & in potentia, sed deus per essentiam suam simplicem respectu talis accidentis potest esse agens, & in actu tu dicas, ideo respectu eius non potest esse in potentia & subiectum: ergo nullum accidentis est ei componibile. Et confirmatur quod est simpliciter & omninoque perfectum, non recipit additionem perfectionis, sed Deus est summe perfectus: ergo non recipit additionem cuiuscunq; perfectionis accidentalis.

⁷ AD PRIMUM argumentum dicendum quod quicquid bonitatis est in creaturis, totum est Deo attribuendum. Et cum dicitur quod composita sunt meliora simplicibus, dico quod non in eo quod composita, immo in hoc sunt minoris perfectionis & maioris dependentia, unde declaratum est in corpore questionis, unde si ea quae sunt in corpore, essent in eo modo unico & simpliciter, perfectius est se haberent: & sic est in deo, habet enim omnes perfectiores compositorum sicut est subsistens quod non habet materialis neque formam.

⁸ AD SECUNDUM dicendum quod realis pluralitas ab solutorum in eodem facit realem compositionem, & talis pluralitas realis non est in Deo, sed realis pluralitas relationum inter se vel cum absoluto nullam facit compositionem, sicut inferior declarabitur, talis autem solum est in Deo, & non illa quae est absolvitorum, propter quod in ipso nulla est compositio.

QVÆSTIO SECUNDÀ.

Vtrum anima componatur ex
materia & forma.
Thom. i. p. q. 75. art. 2.

Secundum queritur de simplicitate creature & specialis ter anima rationalis, & queruntur duo. Primum est, utrum anima rationalis sit composita ex forma & materia. Secundum est, utrum habeat partes quantitatibus, quod idem est quod querere utrum extendatur extensio corporis, vel sit tota in qualibet parte corporis. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod anima sit composita ex materia & forma, quia in habitibus ordinem posterius supponit prius, sed compositio materie cum forma prior est compositione subiecti cum accidente, cum prima deit esse simpliciter: secunda vero deit esse secundum quid, cum ergo in anima sit compositio subiecti ad acci-

E 5 dene

Magistri Durandi de

3 IN CONTRARIV M et quod dicitur Malac. 3.
Ego enim dominus, & non mutor. Et laco, r. apud quem
non est transmutatio De creatura autem simul dicitur, &
creatore in Psal. mutabis, & mutabuntur: tu autem idem
ipse es, &c.

4 R E S P O N S I O : aliquid potest dici mutabile per
potentiam que est in altero tantum, & aliquid per potentiam
que est in ipso. Et utroq; modo omnis creatura mutabilis
est, deus autem immutabilis. Primum patet. Et primo quod
omnis creatura sit mutabilis per potentiam que est in alte-
ro, & hoc sic. Omne quod secundum se totum dependet ex
alterius virtute & operatione mutabile est secundum se to-
tum per subtractionem influentia illius, quia omne quod de-
pendet ab aliquo quantum dependet sive quod est in esse,
sive quod ad esse, sive quod ad partem tantum est mutabile
per subtractionem influentia illius, sed omnis creatura de-
pendet secundum se rotâ à Deo: ergo omnis creatura secun-
dum totum quod in ea est, est mutabilis per subtractionem
influentia diuinæ. Item pars virtutis esse videtur produc-
tere rem in esse & facere eam non esse, in modo in multis vide-
mus secundum esse facilius quam primum, sed creatura à Deo
potuit fieri ex nihilo: ergo potest à Deo reduci in nihil,
utraq; autem potentia, scilicet ut creatura producatur ex
nihilo vel reducatur in nihil, est Dei & non creaturae, nisi
vocetur potentia non prohibito, nihil enim positivum ex
parte creaturæ subiectum creationi, nihil etiam est in crea-
tura producta, quod sit in potentia subiectum ad annihila-
tionem, sed sicut creatura dicitur posse creari, quia potest
esse terminus ad quem potentia diuina creantis, sicut dia-
citur annihilaris posse, quia potest esse terminus à quo po-
tentia diuina influentiam suam subtrahens. Patet ergo
quod omnis creatura est mutabilis per potentiam que est
in altero, sed absque dubio hæc non est propriæ mutationis,
quia de ratione mutationis propriæ dictæ est q; aliquid
vnum & idem se habeat nunc aliter quam prius. Cum ergo
in creatione & annihilatione nihil vnum & idem se
habeat nunc aliter quam prius (quia quod incepit esse per
creationem non fuit prius nec sic nec aliter, quia omnino
non fuit) Similiter quod definit esse per annihilationem,
prius quidem habet esse, sed postea non est nec sic nec aliter,
nec secundum se nec secundum aliquid sui, quia peni-
tus non est: ergo non est ibi propriæ mutationis.

5 Si autem aliquid dicatur mutabile per potentiam que
est in ipso, adhuc omnis creatura est aliquo modo mutabi-
lis vel secundum formam, sicut in omnibus generabilibus
& corruptibilibus in quibus nihil est quod non pertineat
ad mutationem, vel ut subiectum vel ut terminus, primo
vel secundario vel secundum locum (sicut in omnibus
creaturis spiritualibus: & causa est, quia omnis motus &
mutationis est propter non habitum, possibile tamen habe-
ri. Sunt enim motus & mutationis aliqui imperfecti, quod
ergo non est simpliciter perfectum potest mutari aliquo
modo mutationis, sed nulla creatura est omnino & sim-
pliciter perfecta: ergo omnis creatura potest aliquo mo-
do mutari.

6 Secundum patet, scilicet quod Deus nullo modo sit
mutabilis & quidem quod non sit mutabilis secundum po-
tentiam que est in altero per creationem & annihilationem.
Patet quia omne quod est sic mutabile causam habet à
qua secundum se totum dependet, ut dictum fuit. sed Deus
causam non habet, sed est omnium prima causa: ergo &c.

7 Quod etiam non sit mutabilis secundo modo, scilicet
per potentiam que est in ipso, patet quia quod est omni-
quaque perfectum, est omnino immutabile, sed Deus est omni-
quaque perfectus: ergo est omnino immutabilis, maior
patet & ex eo quod motus & mutationis sunt actus rei im-
perfecti (ut dictum est) & per inductionem, quod enim
mutatur secundum locum pertinet, secundum se vel ali-
quid sui, ad aliquid quod prius pertingere non poterat, est
etiam quantum & limitatum (quia quantum infinitum mo-
tus non potest) & hæc omnia sonant imperfectionem, quod
etiam mutatur secundum formam substantialē vel acciden-
talem est subiectum aliquius formæ sibi inherens, vel est
forma inherens, utrique enim attribuitur mutatio, vni
tanquam termino alii tanquam subiecto utrumq; autem
semper importat imperfectionem, subiectum quidem, quia

Sancto Porciano

est in potentia passua ad formam, forma autem, quia est
alii inherens, & quantum ad suum perfectum esse ab alio
dependens: quare, &c.

8 De mutatione autem secundum electionem quod in-
cludat imperfectionem patet, quia mutatione secundum elec-
tionem prouenit ex mutatione cognitionis (manente
enim iudicio rationis eodem, simpliciter in velle & in par-
ticulari de aliquo eligendo, impossibile est electionē mu-
tatio autem cognitionis non est nisi aliquius im-
perfectione cognoscens qui non nouit à principio & simul
omne eligible & omnes circumstantias eius: quare, &c.
Patet ergo quod omne illud quod est omnianque perfe-
ctum, nullo modo est mutabile, minor autem ab omnibus
supponitur, scilicet quod Deus sit simpliciter & omnianque
perfectus, ergo nullo modo est mutabilis.

9 A D P R I M V M argumentum dicendum est, quod
exitus de ocio in actum & nouitas operati nunquam ar-
guit mutationem in operante, nisi sit nouitas secundum
operationem intra manente. Illa enim non potest de
novo aduenire sine qualicunque mutatione. Alia autem
possunt. Si enim sol semper staret in hemisphero nostro
in eodem situ & luna suo moto quandoq; interponetur
inter nos & solem, sol quandoq; non illuminaret nos, &
quandoq; illuminaret nos, & quandoq; illuminaret de
novo nulla facta mutatione in ipso. Si etiam sol esset co-
gnoscens & volens & illuminare esset in potestate sua vo-
luntatis, tunc sol antiqua voluntate & æternâ si aeternam
haberet, posset velle & per consequens facere nouam illu-
minationem abque quacunq; mutatione sui, nec quo ad
velle quod potest esse antiquum & aeternum respectu vo-
lenti de novo producendi, nec quo ad illuminare, quia no-
num illuminare non ponit mutationem in illuminante,
ut dictum est. Cum ergo Deus agat per voluntatem cui
subest quicquid voluerit posse, patet quod sine sui muta-
tione potest noua producere.

10 Ad secundum dicendum quod mutatione semper est in
oppositum sed non secundum omnem conditionem eius
quod mutatur. Alioquin nihil symbolicum esset inter id
quod mutatur & illud in quod mutatur, quod falsum est,
quia sic non potest mutari aet in ignem cum utraq; sit ca-
lidus, nec mutabile in aliquid mutabile cum conuenient
immutabilitate, quod est absurdum: sufficit ergo opposito
secundum ea que sunt per se & speciales termini mutabi-
lis, ut album, nigrum, calidum, frigidum: secundum con-
ditionem autem subiecti ut est mutabile, vel secundum
generales conditions terminorum non oportet nec est
possibile esse oppositum. Si enim terminus à quo est qua-
litas, non oportet quod terminus ad quæ sit non qualitas:
in modo necessario ei qualitas: est autem mutabilis est con-
ditio subiecti. Et si aliquo modo conueniat termino con-
uenit ut generalis conditio secundum quam non est pos-
sibile attendere oppositum.

Secunda pars distinctionis octaua, senten-
tia in generali & speciali secunda pars
ris octaua distinctionis.

E Adem que sola proprietas. Superius determinauit
Magister de diuina immutabilitate. Hic determinat
de diuina simplicitate. Et dividitur in duas partes. Primo
enim proponit quid intendit. Secundo probatur intentum.
Secunda ibi, ut autem scias. Et hec secunda dividitur
in duas. Primo ostendit multiplicitudinem. Secundo diu-
nam simplicitatem. Secunda ibi, Deus vero, &c. Prima ista
diuinitatem dividitur in duas. Primo excludit simplicitatem à
creatura corporali. Secundo à creature spirituali. Secun-
da ibi, Creatura spiritualis. Et cum hoc sequatur illa pars
in qua ostendit diuinitatem simplicitatem, que dividitur in
duas partes. Primo ostendit diuinitatem simplicitatem. Se-
condo excludit omnia ab eo cōposita. Secunda ibi, quod
autem in natura diuinitatis. Hæc autem dividitur in tres.
Primo separat à Deo accidentium prædicationem, per
quod haberet quod nō est in ipso compositio accidentis
& subiecti. Secundo excludit quod nec substantia de ipso
propriæ prædicatur. Tertio ostendit quod in eo nulla est
compositio. Secunda ibi, unde non propriæ dicitur. Ter-
tia ibi, huius autem essentia multiplicitas. Hæc est diuinitas
&

Lib. I. Distinctio VIII.

& sententia in generali.

² In speciali vero sic procedit Magister & proponit. Primum quod essentia Dei simplex est, quia in Deo nulla est diuersitas esse accidentium sive formarum. Postea ostendit creatura corporalis multipliciter. Et dicit quod in creatura corporali est virtus diuersitas, secundum partium & accidentium sive formarum. Et ostendit postea quod creatura spiritus est multiplex, sicut enim in ea non sunt diuersitas partium sicut in corporalibus, quantum ad hoc similiatur, unde anima est tota in toto & tota in qualibet parte corporis, est tamen in ea diuersitas accidentium, sicut determinat per exempla. Postea ostendit diuinam simplicitatem. Et dicit quod Deus est summe simplex, nec obstat huic simpliciteri pluralitas nominum quae deo dicuntur, quia omnia unum significant, ab eadem enim natura & simplici habet Deus quod sub multiplicibus nominibus ei attribuantur. Postea ostendit quod in Deo non sunt alia accidentia distrahendo per singula praedamenta accidentis. Postea dicit quod substantia dicitur deo inopinata, quia Deus nulli accidentiis substat, & sic pater quod Deus propter suam simplicitatem in nullo genere. Postea dicit Deum summe & omnino simplicem & ab eo omnem compositionem remoueri, quod ex hoc ostendit quod Deus est quicquid habet. Addit etiam vltius quod hac simplicitas pluralitatem personarum non excludit cum dicitur Deus est quicquid hic intelligendus est, excepto eo quod relative dicitur, & in hoc terminata sententia in speciali, &c.

QVÆSTIO PRIMA QVÆ

est quarta.
Vtrum Deus sit omnino simplex.
Thom. i. p. q. 3. art. 7. q. 8.

CIRCA istam partem distinctionis queritur de duobus in generali. Primum est de simplicitate Dei. Secundum est de simplicitate creature. Circa primum queritur utrum Deus sit omnino simplex. Et arguitur quod, quia omne quod melius est, est Deo attribuendum, sed apud nos composita sunt meliora simplicibus. (Compositum enim melius est quam materia sola aut sola forma) ergo compositio est Deo attribuenda.

² Item in quoquecumque est pluralitas realis illud est reale compositum, sed in Deo est realis pluralitas relationum realium: Ergo in ipso est realis compositio.

³ IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 4. de Trin. quod Deus vere simplex est & summe.

⁴ RESPONSI: circa questionem dicenda sunt duo. Primum est, quod Deus non est compositus in se. Secundum est, quod non est alteri compotibilis nec aliud sibi. Primum pater duplificer. Primum ex primitate Dei (supposito quod declaratum est prius, scilicet quod Deus est primum in entibus) & hoc sic, primum ens est primum unum, sed Deus est primum ens ergo est primum unum, sed unum compositione non potest esse primum unum, ergo Deus non est unus compositione, sed simpliciter. Quod autem primum unum non sit unum compositione pater, quia sicut se habet entitas ad entitatem, sic se habet unitas ad unitatem, sed entitas compositi supponit entitatem partium: ergo unitas eius supponit unitatem cuiuslibet partis.

⁵ Secundum pater idem ex eius causalitate (supposito quod Deus causam non habet) sic, omne compositum habet causam, sed Deus causal non habet, sed est omnium prima causa, ergo Deus non est aliquid compositum, minor supponitur, sed maior probatur quia duplex est compositio: una est ex materia & forma, quia substantia de qua nunc loquimur (cum deo querimus) non componitur nisi ex materia & forma: alia est compositio ex subiecto & accidente, de qua dicetur in secundo articulo. Quod autem compositum ex materia & forma causal habeat, pater, habet enim duas causas intrinsecas, scilicet materiam & formam ex quibus componitur, habet etiam causal efficientem, quia unum materie cum forma fit per agens quod introducit formam in materię: unde Philos. 3. metaphysic. cum quereret quare ex materia & forma fit unum, dicit quod non est aliqua causa nisi unum principium motus quod est causa agens. Item patet per rationem idem sic:

& QUÆSTIO II.

37

Omnis illud quod de se non est necesse esse, habet causam efficiētem, sed nullum compositum ex materia & forma est de se necesse esse: ergo omne tale habet causam efficiētem, maior patet, quia quod de se non est necesse esse, potest non esse quantum est de se, immo etiam quantum est de se non est. Omne autem tale indiget aliquo reducente ipsum de non esse ad esse, & illud est solum agens: quare, &c. minor probatur, quia non est maior necessitas compositi quod partium ex quibus componitur, immo minor: quero ergo de forma quod est pars itius compositi utrum possit esse fine materia vel non. Si potest esse fine materia compositum potest non esse, quia compositum non est, nisi forma existente in materia. Si autem forma non potest esse nisi in materia, ergo de se ipsa non est necesse esse, quia non est de se necesse esse, potest esse excluso quicunque alio. Si autem ipsa non est de se necesse esse, nec compositum. Idem potest probari ex parte materis: & sic patet minor sequitur ergo conclusio.

⁶ SECUNDVM principale: pater, scilicet quod Deus non est alii coponibilis, nec aliquid sibi: Cum enim Deus sit substantia actus, si est alteri componibilis, vel aliud sibi talis compositio est subiecti & accidentis: sed probo quod hoc non sit possibile, quia omne accidentis habet causam efficientem cum de se non sit necesse esse, eo quod non potest sine alio esse: ergo accidentis quod est in Deo aut est tantum effectus ab eo vel ab alio, non ab alio: quia tale accidentis oportet quod dicat perfectionem simpliciter, alias non est in deo, sed Deus cum sit perfectissimus & primum perfectum, habet ex se quicquid perfectionis est & non ab alio: ergo tale accidentis non est effectus in Deo ab alio, nec ab ipso, quia idem simplex, & secundum idem, & respectu eiusdem non potest esse in actu, & in potentia, sed deus per essentiam suam simplicem respectu eius accidentis potest esse agens, & in actu tu dicas, ideo respectu eius non potest esse in potentia & subiectum: ergo nullum accidentis est ei componibile. Et confirmatur quod est simpliciter & omninoque perfectum, non recipit additionem perfectionis, sed Deus est summe perfectus: ergo non recipit additionem cuiuscunq; perfectionis: non accidentalis.

⁷ AD PRIMUM argumentum dicendum quod quicquid bonitatis est in creaturis, totum est Deo attribuendum. Et cum dicitur quod composita sunt meliora simplicibus, dico quod non in eo quod composita, immo in hoc sunt minoris perfectionis & maioris dependentia, unde declaratum est in corpore questionis, unde si ea quae sunt in corpore, essent in eo modo unico & simpliciter, perfectius essent habentur: & sic est in deo, habet enim omnes perfectiores compositorum sicut est subsistens quod non habet materialis neque formam.

⁸ AD SECUNDUM dicendum quod realis pluralitas ab solutorum in eodem facit realem compositionem, & talis pluralitas realis non est in Deo, sed realis pluralitas relationum inter se vel cum absoluto nullam facit compositionem, sicut inferior declarabitur, talis autem solum est in Deo, & non illa quae est absolvitorum, propter quod in ipso nulla est compositio.

QVÆSTIO SECUNDÀ.

Vtrum anima componatur ex
materia & forma.
Thom. i. p. q. 75. art. 2.

Secundum queritur de simplicitate creature & specialis ter anima rationalis, & queruntur duo. Primum est, utrum anima rationalis sit composita ex forma & materia. Secundum est, utrum habeat partes quantitatibus, quod idem est quod querere utrum extendatur extensio corporis, vel sit tota in qualibet parte corporis. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod anima sit composita ex materia & forma, quia in habitibus ordinem posterius supponit prius, sed compositio materie cum forma prior est compositione subiecti cum accidente, cum prima deit esse simpliciter: secunda vero deit esse secundum quid, cum ergo in anima sit compositio subiecti ad acci-

E 5 dene

Magistri Durandi de

dens, puta essentia animae ad tuas potentias habitus & actus, videtur quod ex sit compositio materiae ad formam quam ab alia supponitur tanquam prior.

2 Itē in per se ordinatis non peruenit de extremo ad extremū nisi per medium, sed inter ens in actu et nihil mediū est pura potentia: ergo ex nihilo non peruenit ad ens actu, nisi per materię quam est pura potentia, sed anima facta est ex nihilo ens in actu: ergo est materia media & sic composita est ex materia & forma.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit August. 7. super Genes. ad literam, quod anima non est nec ex materia corporali, nec spirituali.

4 RESPONSO: Dicendum est absolute quod anima non est composita ex materia & forma. Cuius ratio est, quia si anima esset composita ex materia & forma præter istam materię esset in homine quædam alia materia. (Alioquin homo & anima non different) ergo istas duas materias aut sunt eiusdem rationis aut diuerlarū. Si sint eiusdem rationis, aut utraque informatur aut totum compositum ex una materia cum forma informat aliam materiam. Itud autem secundum non potest dici, quia quod est pura potentia secundum se, nullo modo potest esse actu, sed materia quam ponitur pars anima si sit eiusdem rationis cum materia corporis est pura potentia: ergo nullo modo copiet ei et actu vel partem actus: ergo nullo modo anima, ut dicit quid compositum ex materia & forma, potest secundum se totam informare materiam corporis: nec similis est de quantitate quia informat albedinem, & nihilo minus informat substantiam, quia quantitas non est pura potentia, sed actu quidam imperfectus & mediū, propter quod potest habere rationem potentiae & actu respectu diuersorum. Relinquit ergo quod utraque materia informat eadem forma, hoc autem est impossibile propter multa. Primo, quia duas formas eiusdem rationis, nec inmediate nec ordine quadam possunt esse simul in eadem parte materiae, nec pari ratione duas materias eiusdem rationis, nec inmediate, nec ordine quadam possunt simul esse sub eadem forma.

5 Secundo, quia quando duas materias sunt eiusdem rationis & eisdem dispositionibus afficiuntur, si unio forma cum una carum est solubilis & cum altera. Si ergo duas istas materias quam sunt in homine sunt eiusdem rationis cum perficiantur eisdem dispositionibus ex quod sunt indistincte loco & subiecto, si unio forma cum altera earum est solubilis, eodem modo & cum reliqua. Sequitur ergo quod aut anima est corruptibilis per solutionem forme suæ a materia, si est homo, aut vivens, scilicet tam homo quam anima est aliquid incorruptibile, quorum vivens est falsum.

6 Tertio, quia quæ per quid illæ materies distinguuntur, non secundum genus, quia in pura potentia (inquantitate huiusmodi) non est distinctio, maxime cum loquarum de pura potentia eiusdem rationis, nec per formam quam est una & utraque perficit, nec per qualitatatem cum sint indistincte loco & subiecto, nec per alias dispositiones per eandem rationem: & iterum quia talis distinctio est solum per accidens, impossibile est ergo quod illæ materies sint eiusdem rationis. Si dicatur quod illæ materies efficiuntur una cum anima est in corpore, sequitur quod anima aut non est in corpore composita, & ita non est eadem coniuncta & separata, aut si sit in corpore composita & in homine vivens ne sit nisi una materia, non differunt homo & anima, quæ omnia sunt absurdum secundum philosophiam, & pericula secundum fidem.

7 Quarto, quia eadem forma nata est dare idem esse principiu[m] materie eiusdem rationis: ergo forma quam ponitur pars animae cum maneat eadem per se, dabit omnem materię eiusdem rationis idem esse: ergo si ex ipsa cum una materia reficiat anima simpliciter, ex ipsa cum alia materia resultabat eadem anima vel alia, & ita erunt duas animæ & unus homo, nisi dicatur quod homo est duplex anima, quod est absurdum, nullo modo possit illæ duas materias esse eiusdem rationis. Si vero dicatur quod sint alterius rationis propter hoc quod aliquibus videtur inconveniens ponere materias diuersarum rationum quod utraque sit pura potentia ad esse pro eo quod in pura potentia non est gradus, res autem diuersarum rationum necessario sunt in diuersis gradibus, adhuc est speciale inco-

Sancto Porciano

ueniens, quia illæ materie non sunt diuersarum rationum quae perfectiuntur per eundem actum cum ratio potentie sumatur ex actu, sed ista perfectiuntur eodem actu, scilicet forma quam est altera pars animæ: ergo non sunt diuersarum rationum. & sic patet primum, scilicet quod anima non est composita ex materia & forma.

8 AD PRIMVM argumentum dicendum, quod compositio materie cum forma prior est compositione subiecti cum accidente in eodem, quia materia non recipit formam accidentalem, nisi recepta prius forma substantiali. Simpliciter autem compositio subiecti cum accidente prior est compositione materie cum forma. Non enim sunt aliqua magis & minus composita per maiorem & minorer accessionem ad aliquod compositum summum: sed per maiorem & minorem recessum ab eo quod est summum simplex. Et ideo minima compositio est prima, qualis est illa quae est subiecti & accidentis: summa compositio est extra, qualis est illa quam est ex materia & forma substantiali: vnde ubique hæc posterior, est illa prior & non conuenio.

9 Ad secundum dicendum, quod inter ens & nihil potest materia seu ens in potentia habere rationem mediū duplicitate. Vno modo secundum ordinem compositionis & resolutionis: & hoc modo materia est mediū inter ens materialē compositum & nihil, & rale ens actu est compositum ex materia, & naturam resoluti in materiam. Alio modo non est materia materie inter animam & nihil. Alio modo potest materia vel ens in potentia habere rationem mediū inter ens & nihil secundum dignitatem: & sic non solum materia, sed omnia que sunt inter materiam primam & animam sunt media ex quibus tam oportet animam esse compositam.

QUESTIONE TERTIA.

Vtrum anima tota sit in qualibet parte corporis, vel in toto sit extensa.

Thos. i. p. q. 76. ar. 8.

A D secundum sic procedit. Et videtur quod non tota anima sit in qualibet parte corporis, quia totum est extra quod nihil est, tertio Physic. Si ergo tota anima est in qualibet parte corporis, nihil de anima est in aliis partibus, quod est inconveniens.

2 Item ponamus quod aliquis natus fuerit sine manu, posse per miraculum addatur ei manus, talis manus non vivificaret per animam de novo creatam (quia tunc duas animas essent in eodem supposito, quod est inconveniens) ergo per animam prius existentem, sed hoc non potest esse nisi per motum localem, vel extensionem, non per motum localem, quia talis motus non competit animæ in corpore suo, quod etiam mouetur localiter accedit ad unum locum dimittit alium: & sic oportet quod anima tendens ad vivificantum illam partem dimitteret alias partes quas vivificabat quod est inconveniens: relinquunt ergo quod per extensionem.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 6. de Trin. ca. 6. quod in unoquoque corpore in toto est tota anima, & in qualibet parte tota.

4 Et arguitur per rationem. Si anima esset quæ per se vel per accidens, nullo modo intelligeret viviuersale, quia quod recipitur in quanto recipitur vitaliter & non dicit in cognitione, nisi aliquius vitaliter existens hic, & nunc, & tale est solū singulare. Si ergo anima esset quæ id quod recipetur in ea recipetur vitaliter, nec dicaret, nisi in cognitione singularis existens hic & nunc, quod est inconveniens.

5 RESPONSO: cum totum sit quod habet partes, sicut contingit accipere triplex genus partium, sic & triplicem totalitatem. Est enim quædam totalitas quae est ex diuersis partibus exterioribus, que sunt materia & forma. Est & alia totalitas quae est ex partibus quæritatibus ut in toto continuo. Est tria alia quae est secundum partes virtutales sine potentia. Prima totalitas non conuenit anima, vt parat ex præcedenti questione. Tertia totalitas conuenit ei præcipue secundum opinionem quae ponit potentias animæ differre ab essentia secundum quam totalitatem anima non est tota in qualibet parte corporis,

sed secundum aliam & aliam partem potentialem est in alia & alia parte corporis, ut secundum visum in oculo, secundum auditum in aere.

6 De secunda autem totalitate est dubium utrum visum insit anima. Et sunt circa hoc tres opiniones. Prima est quod nulla forma substantialis est quanta vel habens totalitatem partii quantitativarum. Quod probatur sic, si forma substantialis esset aliquis modo quarta, scilicet extensa, vel hoc esset ratione sui, vel ratione subiecti in quo recipitur. Non ratione sui cum hoc sit proprium quantitatis, nec ratione subiecti in quo recipitur, quia immediatum subiectum formae substantialis est prima materia quae de se non est quanta aut diuisibilis. ergo forma substantialis nullo modo est quarta.

7 Quicquid autem sit de coniunctione illa ratio non valet, quia ad hoc quod forma substantialis sit quanta per accidens, non requiritur quod recipiat in subiecto quanto, sed sufficit quod sit subiectum vel pars subiecti recipientis quantitatem: unde secundum omnes materias extenditur, et est quarta non per se, nec quia sit in subiecto quanto, sed quia est subiectum vel pars subiecti quantitatis, clarus enim est quod subiectum vel pars subiecti quantitatis afficiatur ex denominatur a forma sibi inherente quam exponeretur. Et ideo licet forma substantialis non recipiat in materia quanta, quia tamen est subiectum vel pars subiecti quantitatis sicut & materia videtur posse esse quanta per accidens.

8 SECUNDA opinio est, quod inter formas substantiales omnes formae inanimatorum sunt quantae per accidens. Nulla autem anima est per accidens quanta. Quod probatur tripliciter. Primo sic, illa forma quae non respicit aequaliter totum & partem, nec aequaliter denominat totum & partem, ut patet de aliudine & cōsimilibus, sed anima non aequaliter denominat totum & partem. Non enim quelibet pars animalis est animal, sicut quelibet pars ignis est ignis, quare &c. Secundo sic: Forma quae est quarta per accidens non requirit diversitatem in partibus, quia conditio quartae est habere partes unius rationis, sed anima requirit in suo perfectibili diversitatem partium. ergo &c. Tertio sic: Forma quae non habet easdem operations in toto & in omnibus partibus non est quanta per accidens, sed talis est omnis anima, quia habet diuersas operationes in diversis partibus sui perfectibilis, ergo nulla anima est quanta per accidens. Et per easdem rationes appareat quod forma inanimatorum sunt quanta per accidens, quia eadem denominant totum & partem, nec requirunt diversitatem sui perfectibilis, habent etiam similes operations in omnibus partibus. Exemplum de igne & consumilibus.

9 Ista autem opinio non habet veritatem: quia secundum Philos. i. de anima, plantam & quadam animalia descisa viuunt tanquam anima in his existente actu quidem una, potestis vero plures. Ex hoc sic arguitur: in partibus plantarum & animalium decisior est alia, ergo per solam diuisiōnē, vel per nouā generationē, non per nouā generationē, quia nullā generās appetit, nec talis alteratio qualis cōsuevit secundū naturā procedere generationē, ergo est ibi per solam diuisiōnē, sed illud quod diuidit diuisiōnē alterius, extendit extensiōne illius, ergo anima plantarum & animalium aliquorum extenduntur, & sunt quanta per accidens. Nec rationes concludunt in aliquo. Primum non, quia in nulo repugnat forme quanta requirere diversitatem in partibus, & habere diuersas operations in eis, & per consequens diuersimodo denominare totum & partem. Ex quibus procedunt illae tres rationes. Hac enim licet non conuenient animi, quia quanta est (partes enim quantitatis in quantum quanta sunt unius rationis sunt) tamen competunt ei in quantum est perfectior formis inanimatorum, propter hoc enim est principium plurium operationum, & per consequens requirit diuersas dispositiones secundum quantitatem in partibus sui perfectibilis mediocribus, quibus exercet illas diuersas operations, & sic diuersimodo denominat totum & partem, & ipsas partes adiuicet, nec rationes declarant oppositum nisi per exemplum in rebus inanimatis, quod non suffici-

cit, quia illa non competit formis inanimatorum, non quia quanta, sed quia imperfecte in quibus exceduntur a formis animotorum.

10 Tertia opinio est, quod omnes formae quae educuntur de potentia materie extenduntur & sunt quarta per accidens, & tales sunt omnes formae naturales excepta anima rationali, & istius assignatur duplex causa. Quicquid assignatur hoc pro causa, quia forma quae educitur de potentia materie non est educitur quod pars educitur de parte, & totum de toto. Et ideo tota forma recipitur in tota materia, & pars in parte, & non tota in parte, & hoc est extēdi & est quantum per accidens.

11 Ita autem ratio in nullo dar causam extensionis, sed petit quod debet probare: quod patet sic: sicut forma praexistit in potentia passiva materie ante generationem, ita praexistit in potentia activa agentis: sed forma non sic dicitur esse in potentia agentis quod ipsa tota vel aliquid eius praexistat in agente: sed solum quia in virtute agentis est eam producere: ergo eodem modo forma non dicitur praexistere in potentia passiva materie, nec de ea educi: quia forma vel aliquid eius materia praexistat in materia: sed solum quia per agens naturale potest ad ipsam transmutari & ipsam recipere. Ex hoc sic arguitur, sicut forma educitur de potentia passiva materie, sic (& forte verius) educitur de potentia activa agentis. Sed nos non dicimus quod tota forma geniti educatur de tota forma generatrix, & pars de parte: ergo non debemus dicere quod tota forma geniti educatur de tota materia & pars de parte. Secundo, quia materia non habet partem nisi per quantitatem. Et similiter est de forma, ita quod tota & partialis est formaliter ipsa quantitas, vel per quantitatem, ut magis paretur inferioris: igitur si forma substantialis educatur de materia tota de tota & pars de parte, iam materia & forma supponitur quanta: hoc autem est quod nūc de forma queritur: ergo supponitur quod pertinet. Itē quod dicitur quod forma quae educitur de potentia materie, pars in parte recipit, veritatem nō habet: forma enim substantialis recipitur in materia ante omnem quantitatem saltem secundum ordinem naturae: sed præter quantitatem non est in materia, nec in forma totum & pars, ut dictum est: ergo in receptione formae in materia non est assignare quod pars recipiat in parte, nec totum in toto, accipiendo proprium totum pro eo quod habet partes, sed solum accipiendo totum pro perfecto: quia totum & perfectum idem sunt, ut habetur. Phyl. Cuius enim nihil est extra, ipsum est totum & perfectum, ut ibidem dicitur: ista ergo nō est sufficiēs causa quod forma educta de potentia materie extendatur ita quod pars educatur de parte materie & recipiat in parte.

12 Secunda causa qua assignatur est talis, vbiunque forma sit dependet a materia quod ipsa secundum naturam nullo modo esset nisi esset in materia, omnis talis forma sequitur conditiones materie in omnibus, scilicet in extēdi & operari & omnibus aliis, & causa est, quia esse est fundamentum præsuppositum à posterioribus perfectiōnibus, propter quod illud quod dependet à materia quo ad esse dependet quo ad perfectiones posteriores, nunc est ita quod omnes formae quae educuntur de potentia materie sic dependet à materia quod secundum naturam nullo modo esset nisi esset in materia, ergo sequuntur conditiones materie in omnibus aliis, scilicet in extēdi & operari: & tales sunt oēs formae nō solum inanimatorū, sed etiā animalium quantumcumque perfectorum præter hominem. Et ideo omnes extenduntur quantumcumque sint perfecte, præter animalia humanam, & diuiduntur diuisio toto: verumtamen aliqua earum manent diu post diuisiōnem, sicut in plantis & in animalibus annulosis, licet minus quam in plantis, aliqua autem vel cum sua diuisione corrumperit, vel si maneat hoc est per minimam morulam temporis, sicut conuenit animalibus perfectis, & causa huius permanentiae maioris vel minoris, est perfectio formae maior vel minor, quia forma magis perfecta requirit in suo perfectibili maiorem diversitatem in organis, propter hoc quod est principium plurium operationum. Et ideo post diuisiōnem sui perfectibilis aut non manet, aut minus manet: & hoc dicit Philosophus in fine prima de ani-

Magistri Durandi de

de anima post verba prius allegata dicens sic: si autem non permaneant nullum est in conuenientia. Instrumenta enim non habent quibus saltem naturam, unde perfectionis forma educatur de potentia materie, non repugnat extendi vel diuidi sicut quidam putant, sed tantum ei repugnat diu manere post divisionem: anima autem intellectua non dependet sic a materia quantitate ad esse, sicut probat eius separatio, & ideo non sequitur conditiones materiae, nec in operari nec in extendi, nec in aliis qua perficiunt materiam: unde anima intellectua in corpore, nec extenditur quantitate, nec affectus aliqua qualitate materie, quod tamen patiuntur omnes alias forme.

13 Hec autem causa licet accedat ad veritatem, tamen non sufficit nisi plus addatur, quia quantumcumque forma dependat a materia, ita ut sine ea esse non possit, non oportet tamen propter hoc quod afficiatur omnibus dispositionibus quibus materia afficiatur, nisi illa forma sit ratio receptiva talium dispositionum vel conuersio: verbi gratia sapor dependet a materia vel a subiecto actu ente tanquam ab illo sine quo non potest esse. Et idem est de colore, sed quia color non est ratio recipiendi saporis nec conuersoris, ideo sapor non afficiatur colore nec color sapore: unde non est verum dicere quod sapor latet in albus, nec albedo sapida, quanvis idem subiectum afficiatur vtroq; & similiter (ut videtur) si forma substantialis non est ratio receptiva quantitatis nec conuersoris, quantumcumque ipsa dependeat necessario a materia, nunquam tamen propter hoc afficietur quantitate ita ut ipsa sit realiter quanta, sicut nec sapor est realiter albus. Talia enim non afficiunt se mutuo, quanvis afficiant idem communem subiectum. Si autem forma substantialis sit ratio receptiva quantitatis, tunc videtur quod debeat affici quantitatem & extendi. Et si in homine non est alia forma substantialis forma ab anima rationali, tunc anima rationalis erit in homine ratio receptiva quantitatis, sicut alia forma substantiales in ceteris rebus, & sic augmentabitur difficultas, quare anima rationalis non est quanta: & alia forma substantialis sunt quantae, cum omnes formae substantialis conueniant cum anima rationali in hoc quod sunt ratio receptiva quantitatis: videtur enim quod implicetur contradictione, si dicatur quod subiectum quantitatis vel ratio eius receptiva non sit quanta, sicut si dicteret quod subiectum albedinis & ratio eius receptiva non sint alba: propter hoc dimittendo ad praeiens difficultatem praeditam, quia in sequenti questione inquiretur de ea.

14 Reddenda est alia causa quare anima rationalis non est quanta sicut ceterae formae substantialies. Et est talis, quia omnis res quod est pura & simpliciter corporalis, est capax passionis seu proprietatis que est per se & simpliciter & inseparabiliter conditio corporeitatis: sed materia & omnis forma generabilis & corruptibilis sub anima rationali est pura & simpliciter corporalis quia non sunt nec esse possunt per naturam nisi in corpore cuius sunt per se partes: anima autem rationalis quanvis sit per se pars compositi corporalis, tamen non est inseparabiliter, propter quod cum tam materia quam ceterae formae sub anima rationali sint res corporales purae & simpliciter capaces, sunt non secundum se, sed in toto quantitate, que est pars vel proprietates per se & inseparabiliter rerum corporalium, quae nec subiectum dicitur corpus nisi quia est talis natura que est capax quantitatis, que etiam in suo genere vocatur corpus: anima autem propter sui separabilitatem a corpore non est capax quantitatis, quia non est pura res corporalis, quanvis sit pars cōpositi corporalis, & causa partialis recipiens quantitatem, supposito quod in homine non est alia forma substantialis preter animam, qualiter autem anima possit esse causa receptiva quantitatis & non sit quanta, in questione sequenti dicetur.

15 A D R A T I O N E S. Ad primam dicendum quod totum est extra quod nihil est: verum est secundum omnitudinem & veram rationem totius, & sic anima & quelibet forma non est tota nisi ubi est in aliquo, sicut in proprio subiecto proportionato perfectibili, hoc autem modo anima non est in aliqua parte tota, sed folum in toto corpore perfecto non carente aliqua parte debita specie secundum naturam. Et ideo anima non est extra propriū proportionatum perfectibile: est tamen extra singularem partem illius perfectibilis.

Sancto Porciano

16 Ad secundum dicendum quod in membro de nouo addito per miraculum est anima non per creationem nouae animae aut partis: sed eadem qua prius perficiebat totum sine parte, nisi perficit totum cum parte: nec istud est per motum localem animae, sed per vniōnem & concomitantiam partis ad totum, licet enim illud quod est alibi sicut in loco nisi per motum localem, tamen id quod est in aliquo sicut forma in materia potest de nouo esse in aliqua materia sibi adiuncta non per motum localem, sicut anima de nouo vniatur materie nutrimenti vnit corpori animali & conuersi in ipsum, & hoc fit non per motum animae, sed per vniōnem alimenti ad corpus prius animatum, & sic fieret in proprio concurrente miraculo.

17 Ad rationes autem alterius partis, quanvis sint ad conclusionem veram, tamen quia aliqua non bene procedunt, ideo ad eas respondendum est. Et primo ad auctoritatem beati Augustini, quia beatus Aug. aequaliter loquitur ibi de anima sensitu etiam in quo cunq; bruto, sicut de anima intellectua. Dicit enim sic: de Trin. cap. 4. Animam non mole diffunditur per spacium loci, sed in vnoquoque corpore & in toto tota est, & in qualibet parte eius est. & ideo cum sit aliquid in quaque exiguā particula corporis quod sentiat anima, quanvis non fiat in corpore totum, illa tamen tota sentit, quia totam non latet: ecce quod beatus Augustinus dictum suum probat de anima sensitu & per actionem sentientiū communem nobis & omnibus brutis: & tamen multi tenent & veritas habet, quod anima sensitiva in quibusdam brutorum (& forte in omnibus) extenditur extenſione corporis. Oportet ergo, vel dictum Augustini intelligatur de omni & in omni animato, & tunc reputabitur fallum ab omnibus tenetibus dictum Aristo telis prius allegatum, & plantus & quaedam animalia decisa vivunt, vel quod aliter exponitur quam de exclusione extensio[n]is quantitatis.

18 Ad aliud cum dicitur quod si anima esset quanta non cognoscet vniuersale, dicendum est quod falsum est. Et ad probationem respondendum est quod dato quod anima esset quanta per accidentem, non oportet quod talia recipiatur in ea quantitatibus & similitudinibus.

19 Sed dato quod si recipiatur in anima, non sequitur quod ducerent solum in cognitionem singularis situatius existentes, quia si solum ducerent, hoc est quod ratio ne singularitatis, vel ratione quantitatis, non ratione singularitatis, quia secundum istos aliquid existens in intellectu dicitur in cognitionem vniuersalem. Et tamen omne quod est subiectum in intellectu est quoddam singulare: ergo non obstat singularitate eius quod recipitur in anima adhuc posset ducere in cognitionem vniuersalem. Nec iterum talis representatio posset impediire, quia illud representationum est quantum quia magis opponitur rationi vniuersali singularitas quam quantitas, sed singularitas non impedit talem representationem, ut dictum est, ergo nec quantitas.

20 Et iterum dato quod essentia animae esset quanta, non oportet tamen potentiam intellectuam esse quam tam sicut nec oportet intellectu est actus corporis: quanvis anima intellectua sit actus corporis, quia potentia intellectu inest animae secundum se & non quatenus perficit corpus. Cum ergo quod representant vniuersale recipiatur in potentia intellectu & non in essentia animae (nihil autem ponit potentiam intellectuam extendi extensione corporis) nihil praedictorum sequeretur, dato quod ponetur essentia animae extendi.

21 Efficacior autem via quam ista fit ad pondērum animam non esse quamtam, est illa quae sumitur ex divisione quanti, quia quod extenditur extenſione corporis, dividitur divisione corporis, sed anima humana non dividitur divisione corporis, ergo non extenditur extenſione eius. Maior patet ex ratione quanti, quia esse quantum est divisibile, ut habetur quinto Metaphysica. Minor probarur, quia si facta divisione aliquius partis corporis a toto, anima diuidetur, aut in parte diuisa remanet anima autem non, si remaneret, tunc anima una per divisionem fieret duæ, quod prima facie est non solum inconvenie-

conueniens in Philosophia, sed erroneum in fide. Et iterum anima illa parte cessante viueret aut corrumperetur & sic anima rationalis esset corruptibilis, quod adhuc est erroneum, aut separaretur, & sic quot partes corporis disiderentur a corpore tot animas separarentur partibus illis cessantibus viuere: quod iterum est quod erroneous. Si vero in parte diuisa non remaneret anima quae ramen erat ibi prius per extensioem secundum positionem que dicit eam esse quam tam, adhuc non videtur quod hoc posit est nisi per sui corruptionem vel separationem, vt prius, nec legi ad hoc clara ac sufficiens responsum, quoniam datur aliquae quaestiones, unde eadem ratione seu fide quae tenet quod anima sit incorruptibilis tenendum est ipsa non est quanta nec extensibilis.

QVÆSTIO QVARTA.

Quid est ratio recipienda quantitatem an materia an forma.

DEINDE quæquierit de hoc quod suppositum est (vide licet) utrum sola materia sit ratio recipienda quantitatem, vel sola forma, vel totum compositum. Et arguitur quod sola materia, quia si forma vel totum compositum ratione vtriusque partis esset immediatum receptuum quantitatis, sequeretur quod anima rationalis esset quam tam per accidens, sed hoc est falsum (vt patet ex praecedente quaestione) ergo & illud ex quo sequitur probatio consequentia, quia immediatum receptuum quantitatis oportet esse quantum, saltem per accidens, sed supposita unitate formae in homine anima est immediatum receptuum quantitatis, vel totale si sola forma sit immediata ratio receptuum quantitatis, vt partiale si totum compositum sit immediate receptuum ratione vtriusque partis. ergo oportet ipsam esse quantiam saltem per accidens.

Item quædam accidentia sunt quæ conuenient supra ratione solius formæ, sicut homini conuenient intelligere ratione solius animæ: ergo per ratione aliqua accidentia conuenient cōposito ratione solius materiæ, sed tale accidentis maxime videtur esse quætam que est primus accidentis inter accidentia corporalia. Ergo &c.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit Aristoteles in fine primi Physicorum, quod materia cum forma est causa omnium accidentium quæ sunt in ea sicut mater (hoc est subiectum & recipiente) ergo sola materia nullus accidentis est subiectum, sed cum forma.

4 RESPONSI O, ad quaestionem istam dicunt quidam quod sicut ex parte agentis est considerare id quod agit & rationem agendi, sic ex parte patientis seu recipientis est considerare illud quod recipit & rationem recipendi: dicunt ergo quod illud quod recipit quantitatatem est ens actu, videlicet compositum ex materia & forma: sed ratio recipienda est sola materia, tamen ordine naturæ præexistit forma substantialis in materia ante quantitatem, non quidem ut recipienda quantitatem, sed ut terminas dependentiam materiæ quæ non potest actu esse, nisi per formam substantialiem, & per hoc nitorunt saluare quod anima rationalis non sit quanta, dato quod in homine non sit alia forma præter eam, dicendo quod subiectum quantitatis tam illud quod recipit, scilicet compositum quam illud quod est ratio recipienda, scilicet materia est quantum: sed anima & vniuersaliter quæcumque forma substantialis, nec est subiectum quod recipit (quia illud est compositum) nec ratio recipienda, quia illud est sola materia, quoniam forma sit pars compositi & præexistat in materia ante quantitatem ordine naturæ ut terminas eius dependentiam, & non ut ratio receptiva quantitatis, propter quod non oportet eam extendi extensione quantitatis. Ad autotitatem Aristotelis quæ videtur in oppositi, dicunt quod intelligitur sic, videlicet quod materia cum forma, id est, compositum quod includit vtrumque, est subiectum quod recipit quantitatem & quodcumque accidens. Et iterum prius ordine naturæ est materia cum forma substantiali quam recipiat quodcumque accidens propter dependentiam quam habet ad formam substantialiem: & tamen forma non est ratio receptionis quantitatis, sed so-

la materia: propter quod non oportet eam esse quam tam sicut materiam.

5 Istud autem non placet aliis, & merito propter multa. Primo quia hac adiumentio nulla ratione fulcitur ab ipsis, sed est merè conficta ad euandum difficultatem prius possum, quia non appareat eis quomodo possint salvare animam non esse quantam nisi prædicto modo. Secundo, quia sic enadendo prædictum inconveniens incidunt in maius, quia quod dicunt de anima quod non sit quanta per accidens, necessario habent dicere de omni forma substantiali per eandem rationem, quod patet sic: Illud quod non est ratio recipienda quantitatem nec quantitas est ratio recipienda ipsum, nullo modo est quantum (hæc enim est ratio propter quam dicunt anima non esse quam tam) sed omnis forma substantialis est huiusmodi, quia non est ratio recipienda quantitatem, sed sola materia (ut illi dicunt) nec quantitas est ratio recipienda aliquam formam substantialiem, quia secundum eosdem formam substantialis precedit quantitatem in materia, ergo nulla forma substantialis erit quanta per accidens, sicut nec anima humana: hoc autem est manifeste falsum, quia quod dividitur diuisione quantitatis (hoc est in partes eiusdem rationis) exteditur extensione quantitativa, quia dividunt in partes eiusdem rationis est de ratione diffinitiva quanti, ut patet. **Metaphys.** sed forma corporum inanimatorum, necno & plantarum & quorundam animalium dividuntur tali diuisione, ut sensus docet, & Aristoteles de Anima dicit, quod planta & quedam animalia decisæ viuunt tanquam anima in his existente in actu quidem una, potentia vero plures, ergo extenduntur extensione quantitativa.

6 Ad hoc respondent prædicti dicentes quod formas alias ab anima humana esse quantas, potest contingere, non ex hoc quod sint ratio receptiva quantitatis vel conuenio, sed quia sunt forme necessariae dependentes à materia & educitæ de potentia materiæ. Et ideo sequuntur conditionem materiæ in hoc quod est extendi. Non sic autem anima humana quæ est separabilis à materia: nec est educita de potentia materiæ. Istud autem non videtur sufficiens ter dictum: quia quantumcumque forma dependeat à materia, nunquam tamen propter hoc afficitur conditionibus vel dispositionibus materiæ que non sunt ratio receptiva forma, nec conuenio, verbi gratia, Sapor dependet à materia vel à subiecto actu ente tanquam à ratione receptiva sine qua nullo modo potest esse sapor, & idem est de colore, sed quia unum non est ratio recipienda aliud, vel conuenio unum non afficitur alio, ut sit verum dicere quod sapor sit albus in latere vel albedo sapida, quantum in concreto accipiendo virumque sit verum dicere quod album sit sapidum, & quod sapidum sit album propter identitatem subiecti quod importatur per concretum vtrumque. Et similiter videtur si forma substantialis non sit ratio receptiva quantitatis nec conuenio, vt illi dicunt, quantumcumque ipsa dependeat à materia, nunquam tamen propter hoc afficitur quantitate, ita quod ipsa sit realiter quæta, sicut nec sapor est realiter albus. Talia enim non afficiunt se mutuo, quantum afficiant idem communem subiectum ut prius dictum fuit.

7 Tertio quia illa adiumentio, scilicet quod materia sola sit ratio recipienda quantitatem est secundum se falsa, quod patet primo, quia diuersitas actuum genere remoto differentiam requirit diuersitatem proprium receptorum, sed forma substantialis & accidentalis sunt actus genere remoto differentes, ergo requirunt diuersa propria receptiva, sed proprium & immediatum receptuum formæ substantialis est sola materia, ergo ipsa sola non est proprium & immediatum receptuum quantitatis. Ad hoc responderet dupliciter. Primo quia diuersitas actuum requirit diuersitatem recipientium accipiendo recipientes pro eo quod recipit, sed non pro eo quod est ratio recipienda, & sic est in proprio, quia illud quod recipit substantialiem formam est sola materia, quod autem recipit formam accidentalem est compositum, & haec sunt diuersa, sed illud quod est tota recipienda vtrumque est unum & idem scilicet materia prima. Secundo responderet sic,

quia

Magistri Durandi de
quia illud quod est receptuum talium diuersorum actuum
nō oportet quod sit aliud, & aliud, sed potest esse idem ali-
ter se habens; & sic est in proposito, quia materia secundum
se recipit substantiale formā, sed accidentale nō reci-
pit nisi terminata prius sua dependantia per formam sub-
stantiale quamvis forma substantialis non sit ratio reci-
piendi accidentalem.

S C O N T R A . primā responsionem arguitur sic, ex dicto eorum sicut ex parte agentis respicit actuū procedentis ab agente est dare illud quod agit & rationē agendi, ita ex parte recipientis respicit actuū recepti est dare illud quod recipit & rationē recipiendi, sed diuer- sitas actuū procedentium ab agente magis arguit diuer- sitatem principiorū que sunt rationes agendi quam di- uersitatem agentium, ergo diuersitas actuū receptorum magis arguit diuersitatem rationē recipiendi q̄ iporum recipientium. Cuīus oppositum ipsi dicunt. Minor patet, quia idem agens per diuersa principia que sunt rationes agendi productū diuersos actus. Et si in diuersis agētibus esset vna & eadem completa ratio agendi, vt in patre & in filio eadem vis spirativa, idem esset actus non obstante agentium diuersitatē.

Contra secundam responsonem arguitur sic. Illud per quod materia se habet alter & alter, aut facit aliquid ad rationem receptiuam aut nihil. Si aliquid, ergo sola materia non est ratio recipiendi quantitatim, sed forma concurrit. Cuius oppositum ipsi dicunt. Si nihil, ergo nihil variat in ratione receptiuae vt receptiuam est, & sic per illud ratio receptiuia vt ratio receptiuam non se habet alter & alter, quod tamen ipsi innuent.

10 Quarto principaliter probatur quod sola materia non sit ratio receptiva qualitatis, sed totius forma vel ratione compositum ratione formae aequel vel plus sicut ratio materia, quia sicut se habet ens in potentia simpliciter ad recipiendum formam substantiam que est actus simpliciter, sic se habet in potentia secundum quid ad recipiendum formam accidentalem que est actus secundum quid, quicquid enim recipit actum aliquem, recipit ipsum, quia est in potentia passiva ad ipsum, & secundum conditionem potentiae est conditio actus, quia ratio potentiae sumitur ex actu, sed ens in potentia simpliciter per id quod est in potentia simpliciter habet rationem recipiendi formam substantiam que est actus simpliciter, ergo ens in potentia secundum quid per id quod est in potentia secundum quid non sicut non simpliciter habet rationem recipiendi formam accidentalem que est actus secundum quid, sed illud per quod compositum est in potentia secundum quid non est materia sola, quia ipsa est pura potentia simpliciter, ergo ipsa sola non est ratio recipiendi quantitatem vel quancunquam formam accidentalem, sed forma vel utrumque simili.

QVIN T O probauit idem sic effectus communis requirit caufam communem, sed quātias committere peritur in homine & in omnibus generabilibus, necnon & in celo, ergo habet in eis caufam receptiuam communem, sed illa non potest esse materia secundum committatorem & multos alios: cum nulla materia sit in celo, ergo sola materia non est ratio receptiva quantitatis. Ad hoc responderetur, primo negando quod assumitur, videlicet quod materia non sit in celo. Secundo conceclo φ in celo non fit materia, adhuc non sequitur quod in homine sola materia nō sit ratio receptiva quantitatis. Et cum probatur quod iude, quia communis effectus requirit causam communem, dicunt quod verum est, sed ista communitas non semper est secundum eandem rationem, & hoc necessarium est in proposito si ratio receptiva quantitatis in celo sit sola forma: & in homine cōpositū ex materia & forma, quia ista non sunt eiusdem rationis in speciali, & sufficit φ conuenient in aliquo communi analogo in habendo timilius proportionē ad habendum pars quantitatis.

12. Contra primam, respōsionem nihil arguo, quia va
na est nisi probetur q̄ in colo nō sit materia, quod proba
re esset dirigendi à proposito. Sed secunda responso si bene
videatur, cōcludit oppositi eius quod ita intendit: quia
quānus non portaret rationem receptuum cōmuniſ effe
ctus vel paſſionis esse ynius rationis in ſpeciali, oportet

Sancto Porciano

tamen q̄ in omnibus receptiuis inueniatur conditio per
quā sunt receptiua, illa autē conditio respectu formæ acci-
dentalis (quæ est alijs secundum quid) est quid recepti-
uum secundum rationē recipiendi in potentia secundum
quid & non solum in potentia simpliciter sicut est mate-
ria prima, propter quod si coll̄ est materia simplex ab ip-
materia, nihilominus habet quantitatem, quia substantia
eius ens actu est in potentia secundum quid ad talem actu.
Non potest ergo dici quid sola materia que non habet
hanc conditionem sit in quoconq; ratio receptiua quanti-
tatis.

13 Sexto, quia secundum istos & secundum veritatem
necessitatis est per formam substantialis ordinis naturae praesedat
quantitatibus in materia: hoc autem necessitatis non est tota-
liter ex parte materie ut terminetur eius dependencia
(vt illi dicunt) sed est aliquatenus ex parte quantitatibus que
requirit suum sufficiendum sic informatum, & sic dispositum,
& sic illa dispositio per se pertinet ad rationem rece-
ptiuam quantitatis: quod patet sic. Illud cuius actualis entitas
dependet ex actuali entitate alterius subiectivae (&
non ex conuerso) requirit per se in subiecto receptivo, ut re-
ceptivum est, perfectiorem entitatem actualem qd sit sua
actualis entitas: sed quantum & omne accidens est huius
modi: quia tibi habetur. 4. Metaphys. & de se notum est ex
ratione accidentis, accidentia non sunt entia nisi quia en-
tis subiectivae: ut ibidem exemplificatur: ergo quantitas
& omne accidens requirit per se in suo subiecto receptivo
ut receptivum perfectiorem entitatem actualem quam sit
propria actualis entitas. Pura autem entitas potentialis
non est perfectior actuali: ergo aliquid actuale est de ra-
tione receptiva cuiuslibet accidentis, & non sola materia
quae est pura potentia.

14. Septimo, quia essentialis dependet actus omnis secundum quid ab actu simpliciter & vnu actu secundum quid ab alio actu secundum quid. Sed vnu actu secundum quid pura quantitas per se est ratio receptiva quorundam aliorum accidentium (puta coloris & figurae) et ex agitu simpliciter qui est forma substantialis est per se ratio receptiva omnium actuum secundum quid sine omnibus accidentiis quanvis ordine quodam propter ordinem quem habent inter se accidentia: quia forte omnia accidentia corporalia presupponunt quantitatem, & ea mediante recipiuntur in toto composite ratione totius & non alterius partis solum, ut infra magis explicabitur. Ex his & quibusdam aliis que possunt adiungi puto quod falsum sit dicere quod sola materia sit in homine vel quisbusunque generabilibus & corruptibilibus ratio receptiva quantitatis: nec puto quod illi modus fuerit inueniens, nisi proper fugam illius inconvenientis, nescilicet sequenter animam hominis esse quantam vel extensam.

is. Dicendum est ergo, quod ratio recipiendi quantitatem in quoque composito ex materia & forma non est sola materna, sed totum compositum ratione virtutis pars: nec oportet propter hoc animam humanam esse quam se extensam per accidens. Ad quod sciendum, distingendum est de ratione receptu hoc modo, videlicet quodammodo est totalis, quodammodo vero partialis. Totalis est qui in suo gradu non requirit concausam, verbi gratia, in gradu immediate receptionis colorum quantitas est totalis causa. Quia non requirit aliquid aliud quod cum ipsa immixta ratio recipiendi colorum, quanvis quantitas supponit aliud quod receptum est tam quantitatis & coloris, si subiectum, sed illud respectu receptionis coloris non est in eodem gradu recipiendi colorem, sicut quantitas, quia il lud est remotu receptuum, quantitas vero propinquum. Partialis autem causa est qua in suo gradu coexistit aliud, ut concausam: sicut anima est partialis causa recipiens suas potentias organicas, quia coexistit anima, nec est ministrinum & potentias organicas habent pro immediate & totali receptu animam & materiam pro remoto, sicut dictum est de colore respectu quantitatis & subiecti: non habent pro immediato subiectum & pro immedietate ratio ne receptu compositum ex materia & forma, seu ex corpore & anima, ita & haec duo sunt immediate causae partiales supplementae vicem vniuersalis totalis cause recipiens immediate praedictas potentias. Et quod ita sit patet.

Lib. I. Distinctio IX.

Nam si separaretur quantitas à substantia (sicut sit in sacramento altaris) in quantitate separata remanebit color, quia quantitas est totale receptuum eius immediatus. Si autem separetur anima à corpore, in anima separata non remanebunt potentiae sensitiae, nec in corpore, quia neutrum fuit totalis causa receptus talium potentiarum sed quilibet fuit partialis, & sui coniunctione supplebat vicem unius totalis cause.

Inf. 4. d. 12
g. 1. 2. c. 3

¹⁶ Ex hoc ad propositum dicendum est, q̄ sola materia nō est causa totalis seu ratio receptiva quantitatibus, nec mediaita nec immediata. Non immediata (nō solum propter rationes prius positas) sed quia materia est pura potentia in genere substantiae. Et ideo nō est per se & primo seu immediate receptiva, nisi actus substancialis qui est sui generis & cū quo facit unum per se, cum omnī autem alio actu facit unum per accidens, propter quod sicut ens per accidens supponit ens per se, sic unio materie cum quantitate que est aliud unum per accidentes supponit per se unionem materie cum forma substantiali que est aliud unum per se; & sic materia prima nō est immediata causa. Item nec sola materia est totalis causa vel ratio remota recipiendi quantitatem, quia tunc oportet q̄ forma substancialis est totalis causa & immediata recipienda eam, cū inter materiam & quantitatem non sit dare aliud medium quam formā substancialē. Illud autem est falsum, quia tunc si continget formam separari à materia vel naturaliter sicut separatur anima, vel virtute diuina, tunc quantitas remanet in anima, in qualibet forma substanciali separata, quemadmodum color remanet in quantitate separata in sacramento altaris. Illud autem est absurdum, quia tunc anima separatur à corpore cum quantitate corporis colore & figura quemadmodum pingitur, quod nullus sapiens diceret. Refinquitur ergo q̄ cum materia non sit totalis ratio recipiendi quantitatem vel propinquia nec remota, nec forma similiiter de qua statim probatum est quod non est totalis ratio propinquia seu immediata: & de se notum est quod non est totalis ratio prima & remota, quod quilibet harum est partialis causa que sui unione ad constitutionem suppositi supplet vicem unius totalis cause immediatae receptivae quantitatis. Ex hoc autem solo quod aliquid est causa receptiva partialis quantitatis modo praedicto non est neesse ipsum esse quantum, sed solum aggregatum ex partialibus causis: sicut ex hoc q̄ anima & corpus sunt partes causa receptiva potentiae visus & actus videndi, nō est necesse quod anima secundum se videat, vel q̄ corpus secundum se videat, sed solum aggregatum est quod recipit, & est totalis causa vel ratio receptiva. Et ideo solum necesse est est tale, pura quantitas, vel videns & nō aliquam partialium causarum secundum se, propter quod licet anima sit partialis causa vel ratio recipiendi quantitatem, nō est necesse ipsam esse quantam, sed solum compositum.

¹⁷ Sed statim occurrit dubitatio, quia sicut anima est solum partialis causa recipiendi quantitatem, ita quilibet forma substancialis necnon & materia. Si ergo propter hoc non est necesse animam esse quantam, nō erit necesse quancunq; aliam formam esse quantam nec etiam materiam. Cuius oppositum est superius cœsum, & est secundum se notum. Ad hoc dicendum est q̄ ex hoc solo quod materia & forma substancialis quacunq; sint causa partialis receptiva quantitatis, non sequitur aliquantum carum esse quantam, sed solum compositum, nihilominus tamē nūl prohibet materiam & alias formas substanciales ex alia causa esse quantas in composito, & non secundum se ex illa, scilicet causa quae dicta fuit in praecedenti questione, q̄ omnis forma & omnis res quae est pura & simpliciter corporalis qualis est materia, & omnis forma substancialis sub anima est capax passionis & proprietatis quae est per se & simpliciter & inseparabiliter conditio corporalitatis quae est quantitas, vt deducatur fuit ibi. Ad hoc ergo quod aliquid sit quantum requiratur quod sit ratio receptiva quantitarum vel conuersio. Et si sit ratio receptiva partialis solum adhuc exigitur q̄ sit res pura & simpliciter corporalis modo prius exposito, quod conuenit materia & omnibus formis substancialibus præter animam intellectuam.

& Quæstio. I.

¹⁸ AD RATIONE S in oppositum dicendum est. ad primā quod ad hoc q̄ aliqua forma sit quāta per accidens nō sufficit quod sit ratio receptiva quantitatis nisi sit totalis ratio quod nulli formē competit: sed requiritur q̄ sit forma pura & simpliciter corporalis quod non conuenit anima rationali q̄ est à corpore separabilis. Ad secundum dicendum quod aliqua forma substancialis potest esse totalis & immediata ratio receptiva alicuius accidentis sicut anima rationalis est immediata ratio receptiva intellectus & voluntatis, quia cūm forma sit secundum se auctus quidam respectu materie, potest tamen esse potentia secundum quid respectu accidentis. sed materia cum sit potentia simpliciter, non potest secundum se esse totalis & immediata ratio recipiendi quantitatis vel quodcumque accidentis quod est auctus secundum quid.

DISTINCTIO NONA.

Sententiae nonae distinctionis in generali & speciali.

Nunc ad distinctionem personarum. Superioris Magister determinat de pertinetibus ad essentiam. Hic determinat de pertinetibus ad personam: Et diuiditur in tres partes. Primo determinat de personis quātum ad eorum distinctionem. Secundo quantum ad earum qualitatem. Tertio de nominibus quibus & essentiis unitas & personarum designatur distinctione. Secunda in principio, 19. distinctionis, nunc postquam coeteritatem. Tertia in principio, 22. distinctionis. Post prædicta differendum est. Prima diuiditur in duas. Primo determinat de distinctione one filii à patre. Secunda de distinctione spiritus sancti ab utroq. Secunda in principio, 10. distinctionis. Nunc vero post filii aeternitatem. Prima est præsentis lectionis. Et dividitur in duas. Primo determinat suum intentum. Secundum excludit quendam errorem per verba Augustini & Ambrosii. Secunda ibi. Sed contra inquit haereticus. Secunda pars principalis diuiditur in tres partes. Primo mouet questionem, & arguit ad utram partem. Secundo mouet aliam & utram solvit. Tertio solutionem confirmat per verba Hilarii. Secunda ibi. Hic queri. &c. Tertia ibi, Hilarius quoq; solvit dist. Hec est diuīsio & sententia Magistri in generali.

² In speciali vero sic procedit. & primo proponit & tres personæ sunt unum in natura diuīsio in personitate: est enim filius à patre alius cum sit ab eo genitus, non tamen ante fuit pater quām filius, quia diuina persona fuit sibi iniuncta coetera. Postea excludit errorem haereticum qui sic opponebat, si filius natus est, principium habuit: ergo non ab aeterno fuit. Et respondet primo per Augustinum, qui potuit filius coeterus esse patri: sicut splendor est coeterus ignis si ignis est aeternus. Si etiam filius non est coeterus & quandoq; fuit pater sine filio cum filius sit virtus & sapientia patris, aliquando fuit pater sine virtute & sapientia. Excludit etiam hunc errorrem per Ambrosium qui per autoritatem Elias, filium & patrem coeteros est dicit. Et probatur per rationem. Si enim aliquando pater fuit sine filio, & postea genuisset filium muratus fuisse: quomodo autem pater sit prior, & quomodo filius sit generatus, est inestabile & excedit intellectum rationalis creature, quia diuina generatio est inenarrabilis, & incomprehensibilis sive scriptum est: generationem eius quis enarrabit? Licer quidam presumunt & male quod posset comprehendendi intellectu & exprimi. Postea quare utrum debat dici filius semper nascitur, an filius est semper natus. Et respödet per autoritates Augustini & Greg. quod generatio filii debet exprimi per præteritū tēpus ratione perfectionis, & per præiens ratione coeteritatis que præsens est. Orige. dicit q̄ debet dici, filius semper nascitur. Postea magister respödet & dicit q̄ utrumq; potest dici: semper natus propter perfectionem, & semper nascitur, quia generatio in præteritū non transit. Conuenientius tamen dicitur semper natus, quia magis tolletur erroris occasio. Ultimo confirmat hoc per autoritatem Hilarii per quam probat etiā quod si pater est aeternus, filius est aeternus: sed aeternitas patris priuat principium originis, aeternitas vero filii principium duracionis, natum